Aut iudicio errant illi aut caecutiunt affectibus. Quantum
enim & a veritate discedant, & ferantur extra
metas manifestum est. Sed vel prohiberi vel
emendari haec non possunt in hac voluntatum
distractione & confirmata quidvis audendi licentia.
Quare Deum oremus, ut ipse vindicet ac tueatur
periclitantem de interitu ~~lum & obscur~~ lucem doctrinae
suae, cuius vis maior affertur ab iis ipsis, qui insolenter
& Thrasonice titulum Lutheranorum iactitant
contemptis reliquis, qui cum vera ac sancta modera
tione rectius sentiunt, quam a saevitia palam &
horribiliter grassantium hostium. Viderint autem
quam suorum consiliorum & conatuum sint
reddituri rationem Deo, qui magis magisque laceratis
ac discerptis Ecclesiis nostris, & dissidiis auctis,
acuunt et exasperant crudelitatem Pontificiorum,
quam praetextu nostrarum dissensionum renovatam
Imperator in Silesia, & Moravia, Boemia, & Alibi Bavarus, ad certorum
articulorum praescriptum novis & exquisitis modis
ac rationibus exercent. Etiam in loquutionibus
magis hi confirmant et stabiliunt idola
pontificia, quam hostes ipsi. Edidit articulos Ba-
ricos Soter prooemiolo praefixo, confutationem
eorundem prolixiorem scripturus, de qua
quid ~~iste~~ de interrogatiunculis istis pie & vere.